Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uificabis me in tua iusticia. Eruces de tribulatione animam meam. et in tua
mediam ad interitum deduces inimicos meos. Et perdes omnes tribulantes ani
mam meam. quo seruus tuus ego sum. Explicit de psalmo. c. xl. ii.
Psalmi huius titulus breuis est. Incipit de psalmo. c. xl. iii.
numero uerborum. sed grauis pondere misteriorum. Ipsi dicit ad goliam.
Prelium hoc factum tempore patrum nostrorum. de scripturis sanctis recolit me
cum karitas uestra. Cum enim aduersus populum dei alienigene dimicaret. prouo
cauit unus uniuersum. golias dicit. in quo certamine uoluntas dei per cuiusque partis uic
toria probaretur. Sed quid de uictoria satagimus. quando prouocantem prouocatum cer
nimus. Prouocauit impietas pietatem. prouocauit superbia humilitatem. postre
mo prouocauit diabolus xpm. Quid miramini diabolum uictum. Iue erat
grandis statura corporis. iste autem statura paruus. sed fide magnus. Accepit
arma bellica sanctus dicit. ut aduersus goliam procederet. hec arma per etatem et par
uam ut diximus staturam corporis portare non ualuit. Abiecit onerantia non ad
iuuantia. accepit quinque lapides de flumine. et posuit in uase pastora
li. His armatus corporaliter. nomine autem dei spiritualiter. processit et uicit. Hoc qui
dem ille dicit. sed misteria perscrutemur. Proposueramus enim titulum istum breuem nu
mero uerborum. sed grauem pondere mysteriorum. Veniat in mentem illa apostoli
ca sententia. omnia hec in figura contingebant illis. ne impudentes uide
amur querere aliquid absconditum. ubi sit dici totum. sine misteriis profunditate
simpliciter dictum. Habemus ergo auctoritatem facientem nos intentos ad querendum.
uigiles ad inuestigandum. impigros ad faciendum. deuotos ad audien
dum. fideles ad credendum. In dauid xpc. sed sicut soletis intelligere erudi
ti in scola eius. xpc caput et corpus. Non ergo sic audiatis aliquid ex persona xpi.
quasi ad uos non pertineat qui estis membra xpi. Hoc tamquam fundamento posito. ui
dete que sequuntur. Nostis multis sacramentis uisibilibus oneratum esse populum pri
mum. circumcisione. negotioso illo quodam sacerdotio. et templo figuris pleno.
multiplicibus holocaustorum sacrificiorumque generibus. Hec dicit noster tamquam ar
ma prementia. non adiuuantia posuit. Si enim data esset lex que posset uiuifi
care. uere ex lege esset iusticia. Ut quid ergo lex. Sequitur. Sed conclusit
scriptura omnia sub peccato. ut promissio ex fide ihesu xpi daretur credentibus.
Denique iste dicit scilicet xpc caput et corpus. tempore reuelationis noui testa
menti. tempore insinuande et commendande gratie dei quid fecit. Arma posu
it. quinque lapides tulit. Arma ut diximus onerantia posuit. Ergo sacra
menta legis. Sacramenta legis illa que [illegible] sunt imposita gentibus posu